



Commune Sanctorum.

In Vigilia unius Apostoli.

Introitus. *Psalm. 51.*
 Go autem sicut
 oliva fructifera
 in domo
 Domini,
 speravi

in misericordia Dei mei:
 et expectabo nomen
 tuum, quoniam bonum
 est ante conspectum san-
 ctorum tuorum. *Ps. ibid.*
 Quid gloriaris in malitia:
 qui potens es in iniqui-
 tate? *V. Gloria Patri.*

Oratio. Da quæsumus
 omnipotens Deus: ut
 beati N. Apostoli tui,
 quam prævenimus, vene-
 randa sollemnitas, et de-
 votionem nobis augeat,
 et salutem. Per Dñum.

Lectio libri Sapientiae.

Eccli. 44 et 45.

Benedictio Domini
 super caput iusti.
 Ideo dedit illi Dominus
 hereditatem, et divisit

illi partem in tribus
 duodecim: et invenit grá-
 tiam in conspectu omnis
 carnis. Et magnificavit
 eum in timore inimicórum,
 et in verbis suis monstra
 placavit. Glorificavit il-
 lum in conspectu regum,
 et jussit illi coram pó-
 pulo suo, et ostendit illi
 glóriam suam. In fide et
 lenitate ipsius sanctum
 fecit illum, et elegit eum
 ex omni carne. Et dedit
 illi coram præcepta, et
 legem vitæ et discipli-
 næ: et excelsum fecit
 illum. Státuit ei testa-
 méntum ætérnum, et cir-
 cumcinxit eum zona ju-
 stitiæ, et induit eum
 Dñus corónam glóriæ.

Graduale. *Ps. 97.* Justus
 ut palma florébit: sicut
 cedrus Libani multipli-
 cábitur in domo Dñi.
V. Ad annuntiándū mane
 misericordiã tuam, et ve-
 ritatem tuã per noctem.

[2] **Commune unius Mart. Pontif.**

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 15. b.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectione nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis: et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Offertorium. Psalm. 8. Glória et honore coronasti eum: et constituisti

eum super opera manuum tuarum, Domine.

Secreta. Apostolici reverentia culminis offerentes tibi sacra mysteria, Domine quaesumus: ut beati N. Apostoli tui suffragiis, cujus natalitia prævenimus, plebs tua semper et sua vota deprecatur, et desiderata percipiat. Per Dominum nostrum.

Communio. Ps. 20. Magna est gloria ejus in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum, Domine.

Postcommunio. Sancti Apostoli tui N. quaesumus Domine supplicatione placatus: et veniam nobis tribue, et remedia nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per Dominum nostrum. — — — — —

¶ In Festis Apostolorum, et Evangelistarum, omnia ut suis locis in Proprio Sanctorum.

Commune unius Martiris Pontif.

Introuitus. Eccli. 45.

Istauit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. *Ps. 131.* Meménto Domine David: et omnis mansuetudinis ejus.

¶ Glória Patri. — Statuit ei Dominus.

Oratio. Infirmiorem nostram respice omnipotens Deus: et quia pondus propriæ actionis gravat, beati N. Martiris tui atque Pontificis intercessio gloriosa non preteget. Per Dominum.

Commune unius Mart. Pontif. [3]

Lectio Epistolæ beati Jacobi Apostoli. 1. b.

Carissimi: Beatus

vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illuctus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo nubumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initiū aliquid creaturæ ejus.

Graduale. Ps. 88. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ¶ Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. *Allel., allel. Ps. 109.*

Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. *Alleluia.*

Post Septuages. omissis *Alleluia*, et *V. seq.* dicitur.

TRACTUS. Psalm. 20. Desiderium animæ ejus tribuisti ei: et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. ¶ Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ¶ Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 14. f.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamentum, et non poterit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cepit ædificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committe-

re bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.

Offertorium. Psalm. 88. Veritas mea, et misericordia mea cum ipso : et in nomine meo exaltabit cornu ejus.

Secreta. Hóstias tibi Dñe beati N. Mártiris tui atque Pontificis dicá-

De eodem Communi alia Missa.

Introitus. Dan. 3. Acerdotes Dei benedicite Dóminum : sancti et húmiles corde laudate Deum. *Ps. 116.* Benedicite omnia ópera Dómini Dño : laudate et superexaltate eum in saecula. *V.* Glória Patri.

Oratio. Deus, qui nos beati N. Mártiris tui atque Pontificis ánnua solemnitate lætificas : concede propitius ; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dóminum nostrum.

tas méritis, benignus assume ; et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

Communio. Ps. 88. Semel jurávi in sancto meo : semen ejus in ætérnum manébit : et sedes ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in ætérnum : et testis in celo fidelis.

Postcommunio. Refécti participatione muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster : ut cujus exsequimur cultum, intercedente beato N. Mártire tuo atque Pontifice, sentiámus effectum. Per Dóminum.

Léct. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Corinth. II. 1.

Patres : Benedicéus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra : ut possimus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abundant passiones Christi in nobis : ita et per Christum abundant consolatio nostra. Sive autem tribulá-

mur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur : ut spes nostra firma sit pro vobis : sciéntes quod sicut sócii passionum estis, sic éritis et consolationis in Christo Jesu Dómino nostro. **Graduale. Ps. 3.** Glória et honore coronasti eum. *V.* Et constituisti eum super ópera manuum tuarum Dñe. Allelúia, allel. *V.* Hic est sacerdos, quæ coronavit Dñus. Allel.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V.* seq., dicitur :

Tractus. Ps. 111. Beatus vir, qui timet Dñum : in mandatis ejus cupit nimis. *V.* Potens in terra erit semen ejus ; generatio rectórum benedicetur. *V.* Glória et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculi sæculi. **Seq. sancti Changelii** secundum Matthæum. *16.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui auté perdidit animam suam propter me,

inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucrétur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quæ dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis : et tunc reddet unicuique secundum ópera ejus.

Offert. Ps. 88. Inveni David servum meum : óleo sancto meo unxi eum : manus enim meæ auxiliabuntur ei, et brachium meum confortabit eum. **Secreta.** Múnera tibi Dómine dicata sanctifica : et intercedente beato N. Mártire tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus inténde. Per Dóminum.

Communio. Ps. 20. Posuisti Dñe in capite ejus coroná de lápide pretioso. **Postcommunio.** Hæc nos communio Dómine purget a crimine : et intercedente beato N. Mártire tuo atque Pontifice, cælestis remedií faciat esse consórtes. Per Dñum.

Epistolæ et Evangelia pro Pontif. et Mart. assignata, legi possunt etiam pro Mart. non Pontifice : et quæ infra de Mart. non Pontifice habentur, etiam pro Mártire Pontifice. Et similiter quæ in una Missa de eodem Communi ponuntur, dici possunt in aliis Missis de eodem Communi.

Commune unius Mart. non Pont.

Introitus. *Psalm. 20.*
IN virtute tua,
Dñe lætabitur
justus: et super
salutare tuum
exultabit vehementer:
desiderium animæ ejus
tribuisti ei. *Ps. ibid.*
Quoniam prævenisti eum
in benedictionibus dul-
cedinis: posuisti in cá-
pite ejus coronam de lá-
pide pretioso. *V. Glória.*
Oratio. Præsta quæsu-
mus omnipotens Deus:
ut qui beati N. Márty-
ris tui natalitia cõlimus,
intercessione ejus in tui
nominis amore roboré-
mur. Per Dõminum no-
strum.

Léct. libri Sapientia. 10.

Ustum deduxit Dõ-
minus per vias re-
ctas, et ostendit illi re-
gnum Dei, et dedit illi
sciéntiam sanctorum:
honestavit illum in labõ-
ribus, et complévit labõ-
res illius. In fraude cir-
cumventientium illum
affuit illi, et honestum
fecit illum. Custodivit
illum ab inimicis, et a
seductõribus tutavit il-
lum, et certamen forte
dedit illi ut vinceret, et
sciret quoniam omnium
potentior est sapientia.
Hæc venditum justum
non dereliquit, sed a pec-
catoribus liberavit eum:
descenditque cum illo in
foveam, et in vinculis

non dereliquit illum, do-
nec afféret illi sceptrum
regni, et potentiam ad-
versus eos, qui eum de-
primébant: et mendaces
ostendit, qui maculavé-
runt illum: et dedit illi
claritatem æternam,
Dõminus Deus noster.
Graduale. *Ps. 111.* Beá-
tus vir, qui timet Dñum:
in mandátis ejus cupit
nimis. *V.* Potens in terra
erit semen ejus: generá-
tio rectõrum benedicé-
tur. Allelúia, allelúia.
V. Ps. 20. Posuisti Dõ-
mine super caput ejus
coronam de lapide pre-
tioso. Allelúia.

*Post Septuages. omissis
Allelúia, et V. seq., dicitur
Tractus Desiderium, p. [3].*
**Seq. sancti Evangelii se-
cundum Matthæum. 10.**

In illo témpore: Dixit
Jesus discipulis suis:
nolite arbitrari quia pacé
venerim mittere in terrã:
non veni pacem mittere,
sed gládium. Veni enim
separare hominem ad-
versus patrem suum, et
filiam adversus matrem
suam, et nurú adversus
socrum suam: et inimici
hominis, domestici ejus.
Qui amat patrem aut
matrem plus quam me,
non est me dignus. Et
qui amat filium aut fi-
liam super me, non est
me dignus. Et qui non
accipit crucem suam, et

Commune unius Mart. non Pontif. [7]

séquitur me, non est me
dignus. Qui invénit ani-
mam suam, perdet ill-
lam; et qui perdidit
ánimam suam propter
me, invéniet eam. Qui
récipit vos, me récipit:
et qui me récipit, récipit
eum qui me misit. Qui
récipit prophétam in nó-
mine prophète, mercé-
dem prophete accipiet:
et qui récipit justum in
nómine justi, mercédem
justi accipiet. Et qui-
cúmque potum déderit
uni ex minimis istis cá-
licem aquæ frigidæ tan-
tum in nómine discipuli:
amen dico vobis, non per-
det mercédem suam.
Offertorium. *Ps. 8.* Gló-
ria et honóre coronasti

eum: et constituisti eum
super ópera mánuum
tuarum, Dõmine.
Secreta. Muneribus no-
stris quæsumus Dõmine
precibusque susceptis:
et cælestibus nos munda
mysteriis, et clemén-
ter exáudi. Per Dõmi-
num nostrum.

Communio. *Matth. 16.*
Qui vult venire post me,
abneget semetipsum: et
tollat crucem suam, et
sequatur me.

Postcommunio. Da quæ-
sumus Dõmine Deus no-
ster: ut sicut tuõrum
commemoratiõne San-
ctorú temporálí gratulá-
mur officio; ita perpétuo
letémur adspéctu. Per
Dõminum.

De eodem Communi alia Missa.

Introitus. *Psalm. 63.*
Interfuit illi
in Dõmino, et
sperabit in eo:
et laudabuntur
omnes recti corde. *Ps. 16.*
Exáudi Deus oratiõnem
meam cum deprecor: a
timóre inimici éripe ani-
mam meam. *V. Glória.*
Oratio. Præsta quæsu-
mus omnipotens Deus:
ut intercedente beato N.
Mártyre tuo, et a cunctis
adversitatibus liberémur
in corpore, et a pravis
cogitatiõibus mundé-
mur in mente. Per Dõ-
num nostrum.

**Lectio Epistolæ beati
Pauli Apóstoli ad Ti-
mothæum. II. 2 et 3.**
Quoniam: Memor
esto Dñum Jesum
Christum resurrexisse a
mórtuis ex sémine Da-
vid, secundum Evangé-
lium meum, in quo la-
bóro usque ad vincula,
quasi male óperans: sed
verbum Dei non est alli-
gátum. Ideo omnia sus-
tineo propter electos, ut
et ipsi salutem conse-
quántur, quæ est in Chri-
sto Jesu, cum glória cæ-
lesti. Tu autem assecú-
tus es meam doctrinam,

institutionem, propósitū, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quālia mihi facta sunt Antiochia; Iconii, et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dñus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.

Graduale. Ps. 36. Justus cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. **V.** Tota die miseretur, et commodat: et semen ejus in benedictione erit. — **Allel.** allel. **V. Joann. 8.** Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitae aeternae. Allelúia.

Post Septuages. omnis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus Beatus*, pag. [6].
Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum, 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur: et occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicatē super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam, et corpus per-

dere in gehennam. Nonne duo passerēs asse veniunt: et unus ex illis non cadet super terram, sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est.

Offertorium. Ps. 20. Posuisti Domine in capite ejus coronam de lapide pretioso: vitam petiit a te, et tribuisti ei, allel.

Secreta. Accēpta sit in conspectu tuo, Dñe, nostra devotio, et ejus nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solemnitate defertur. Per Dñm. **Comm. Joan. 12.** Qui mihi ministrat, me sequatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit.

Postcomm. Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Dñe Deus noster: ut cuius exsequimur cultū, intercedente beato N. Martyre tuo, sentiamus effectum. Per Dñm.

¶ Item alie Epistolæ et Evangelium in Comuni unius Martyris.

Lectio Epistolæ beati Jacobi Apóstoli. 1.

Carissimi: Omne gaudium eum, qui existimat, cum in tentationes vá-

rias incidēritis: scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non impropere: et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitans, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo aestimet homo ille quod accipiat alicui a Domino. Vir duplex animo, incōnstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: dives autē in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit: exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus depēriit: ita et dives in itineribus suis marcescet. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitam, quam repromisit Deus diligentibus se.

Lectio Epistolæ beati Petri Apóstoli. 1. 4. c.
Carissimi: Communi cantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione gloriæ ejus

gaudeatis exultantes. Si exprobrāmini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut malēdicus, aut alienorū appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis: qui finis eorū, qui non credunt Dei Evangelio? Et si justus vix salvabitur, impius, et peccator ubi parēbit? Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatōri commendent animas suas in benefactis.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: et ubi sum

[10] **Comm. unius Mart. temp. Pasch.**

ego, illic et minister
meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

**Commune Martyrum Tempore Pasch.
De uno Martyre.**

Orationes ut supra, pag. [2] et seq. extra tempus Paschale.

Introitus. Psalm. 63.

Rotexisti me, Deus, a conventu malignantium, allelúia: a multitudine operantium iniquitatem, allelúia, allelúia. *Ps. Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor: a timóre inimici eripe animam meam. V. Glória.*

Lect. libri Sapientiae. 5.

Strabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustia verunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timóre horribili, et mirabuntur in subitanea insperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et praegustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.

Vel Epist. ad Timotheum *Memor esto, ut supra [7].*

Allel., allel. V. Ps. 88. Confitebuntur caeli mirabilia tua Dñe: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Allelúia. *V. Ps. 20.* Posuisti Dñe super caput ejus coronam de lapide pretioso. **A**Helúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, et

Comm. plur. Martyr. temp. Pasch. [11]

arcescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis.

Offertorium. Ps. 88. Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine, et veritatem tuam in Ecclesia

sanctorum, allelúia, allelúia. **Communio. Ps. 63.** Letabitur justus in Dño, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, allelúia, allelúia.

† Epistola et Evang. supplicatae Missae dicuntur etiam in seq. Missa: et quae in sequenti habentur, dici possunt in superiori.

De pluribus Martyr. Tempore Pasch.

Orationes ut infra, pag. [13] et seq. extra temp. Paschale.

Introitus. Psalm. 144.

Sancti tui Domine benedicent te: gloria regni tui dicent, allelúia, allel. *Ps. ib.* Exaltabo te Deus meus Rex: et benedicam nomini tuo in saeculum, et in saeculum saeculi. **V. Glória Patri.**

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli. 1. 1.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in caelis in vobis, qui in virtute Dei custodimini: per fidem in salutem, paratam revelari in tem-

pore novissimo. In quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus: ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi Dñi nostri.

Allel., allel. V. Sancti tui Dñe florébunt sicut lilium, et sicut odor balsami erunt ante te. Allelúia. V. Ps. 115. Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum ejus. **A**llelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non man-

serit : mittetur foras sicut palme, et arcescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint : quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei precepta servavi, et maneo in ejus dilectione. Haec locutus sum vobis : ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur.

Offertorium. Ps. 37. Laetamini in Dño, et exultate justi : et gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Communio. Gaudete in Domino, alleluia : rectos decet collaudatio, alleluia.

¶ In Communi Martyrum temp. Pasch. alia Epistola et Evangelium.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apost. 19. In diebus illis : Post haec ego Johannes audivi quasi vocem turbam multarum in caelo dicentium : Alleluia :

Salus, et gloria, et virtus Deo nostro est : quia vera et justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quae corripuit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus. Et iterum dixerunt : Alleluia. Et fumus ejus ascendit in saecula saeculorum. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes : Amen : Alleluia. Et vox de throno exivit, dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus : et qui timetis eum pusilli, et magni. Et audivi quasi vocem turbam magnam, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium : Alleluia : quoniam regnavit Dñs Deus noster omnipotens. Gaudeamus, et exultemus : et demus gloriam ei : quia venerunt nuptiae Agni, et uxor ejus preparavit se. Et datum est illi ut operaretur se byssino splendente, et candido. Byssinum enim justificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi : Scribe : Beati, qui ad cenam nuptiarum Agni vocati sunt.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 10. c. In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Amen, amen dico vobis : quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit : vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus : cum autem pepererit plerum, jam non meminit pressuram propter gaudium, quia

natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum : et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

¶ In Comm. Conf. et Virg., et in aliis Missis tempore Pasch., omnia dicuntur ut infra addito in Introitu ante Ps. duplici Alleluia, et in fine Offertorii et Communio-nis uno Alleluia, ubi non habetur : et omisso Graduali, dicuntur duo VV. cum quatuor Alleluia, ut suis locis ponitur.

Commune plurimorum Martyrum extra Tempus Paschale.

Introitus.

Ps. 78. Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum : vindica sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. **Ps. 103.** Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. **V. Gloria.**

Pro pluribus Mart. Pont. **Oratio.** Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum N. et N. nos quaesumus Domine festa tueantur : et eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum nostrum.

Si non fuerint Pontif. dicitur Oratio ut in seq. Missa.

Lect. libri Sapientiae. 3. Justorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori : et aestimata est afflictio exitus illorum : et quod a nobis est iter, exterminium : illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponuntur : quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et

in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, et tamquam scintillae in arundinetis discurrent. Iudicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum. **Graduale. Exodi 15.** Gloriosus Deus in Sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. **V.** Dextera tua Domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.

Allelúia, allelúia. **V. Eccli. 44.** Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum vivent in generationem et generationem. Allelúia.

Post Septuages., ommissis *Allelúia*, et **V. seq.** dicitur: **Tractus. Ps. 125.** Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. **V.** Eantes ibant et flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 21. b.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terri: oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surgent gens contra gentem, et regnu

adversus regnum. Et terramotus magni erunt per loca, et pestilentiae, et fames, et terrorisque de caelo, et signa magna erunt. Sed ante haec omnia injicient vobis manus suas, et persecuentur tradentes in synagogas, et custodias, trahentes ad reges et praesides, propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris, non praemeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis, et amicis, et morte afficient ex vobis: et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Offertorium. Ps. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus, allelúia.

Sereta. Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in Sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut qui nostrae iustitiae fiduciam non ha-

bemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adjuvemur. Per Dominum nostrum.

Communio. Sap. 3. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornace probavit

eos, et quasi holocausta accepit eos.

Postcommunio. Quaesumus Domine, salutaribus repleti mysteriis: ut quorum sollemnitate celebramus, eorum orationibus adjuvemur. Per Dominum nostrum.

De eodem Communi alia Missa.

Introitus. Eccli. 44.  Apientiam sanctorum narrent populi, et laudes eorum nuntiet Ecclesia: nomina autem eorum vivent in saeculum saeculi. **Ps.** Exsultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **V.** Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum N. et N. natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Si fuerint Pontif., dicatur Oratio precedentis Missae: quod et in seq. servetur.

Lect. libri Sapientiae. 3.

Iusti autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipiet regnum decoris, et diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto suo

defendet illos. Accipiet armaturam zeus illius, et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, et accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile iniquitatem. **Graduale. Ps. 123.** Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. **V.** Laqueo contritus est, et nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum et terram. — Allelúia, allelúia. **V.** Iusti epulentur, et exsultent in conspectu Dei: et delectentur in laetitia. Allelúia.

Post Septuages., ommissis *Allelúia*, et **V. seq.** dicitur *Tract. Qui seminant*, p. [14]

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 6. c.

In illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni

Judaea, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis, qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridetis. Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et reprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tamquam malum, propter Filium hominis. Gaudete in illa die, et exultate:

De eodem Communi alia Missa.

Introitus.

Ps. 36.

S Alus autem Justorum a Domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. **V.** Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. **V.** Gloria Patri.

Oratio. Deus, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum N. et N. solemnitate legitimas: concede propitius; ut quorum gaudemus me-

ecce enim merces vestra multa est in caelo.

Offertorium. *Ps. 149.* Exsultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in faucibus eorum, alleluia.

Secreta. Munera tibi Domine nostrae devotionis offerimus: quae et pro tuorum tibi grata sint honore Justorum, et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio. *Luc. 12.* Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. **P**raetera nobis quaesumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis N. et N. ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

ritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

Lect. *Epistolae B. Pauli Apostoli ad Hebraeos. 10.*

Terminis: Rememorati in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum: et in altero quidem opprobriis, et tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conversantium effecti. Nam et vincitis compassi estis, et rapinam bono-

rum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: ut voluntate Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, et non tardabit. Justus autem meus ex fide vivit.

Graduale. *Ps. 33.* Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. **V.** Iuxta est Dominus his, qui tribulatio sunt corde: et humiles spiritu salvabit.

Alleluia, allel. **V.** Te Martyrum candidatus laudat exercitus Domine. Alleluia.

Post Septuagesimam *Alleluia* et *V. seq.*, dicitur *Tractus Qui seminant*, p. [14].

Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 24.

In illo tempore: Sedentes Jesu super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secretum, dicentes: Dic nobis, quando haec erunt? et quod signum adventus tui, et consummationis saeculi? Et respondens Jesus, dixit eis: Videte, ne quis vos seducat. Mul-

ti enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: et multos seducet. Audituri enim estis praemia, et opinioniones praeflorum. Videte ne turbemini. Operiet enim haec fiersi, sed nondum est finis. Consurgat enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestilentiae, et famemes, et terrae motus per loca. Haec autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos: et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetae surgent, et seducet multos. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigeret caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Offertorium. *Sap. 3.* Justorum anima in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiae: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, alleluia.

Secreta. Oblatis, quaesumus Domine placere munerebus: et intercedentibus sanctis Martyribus tuis N. et N. a cunctis nos defende periculis. Per Dominum.

Communio. *Matth. 10.* Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus; et quod in aure auditis, prædicite super tecta.

Postcommunio. Hæc nos communió, Dñe, purget a crimine: et intercedentibus sanctis Martyribus tuis N. et N. cælestis remedií faciat esse consors. Per Dñm.

¶ Item aliæ Epistolæ et Evangelia pro pluribus Martyribus.

Léct. libri Sapientia. 70.
Reddidit Deus justis mercédem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili: et fuit illis in velamento diéi, et in luce stellarum per noctem: transtulit illos per mare Rubrum, et transvexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, et decantaverunt, Dñe, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter, Dómine Deus noster.

Léct. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Romános. 5.
Fratres: Justificati ex fide, pacé habeamus ad Deum per Dñm nostrum Iesum Christum: per quem et habemus ac-

cessum per fidem in grátiam istá, in qua stamus, et gloriamur in spe glóriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Léct. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Romános. 8.
Fratres: Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam expectatio inventuræ, revelationem filiorum Dei expectat. Vanitatis enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem glóriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes: et ipsi intra nos gemimus, ad optionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

Léct. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Corinth. 11. 6.
Fratres: Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ a dextris, et a sinistris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam, et bonam famam: ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem completantes: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.

Léct. Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Hebræos. 11.
Fratres: Sancti per fidem vicierunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repositiones, obtulerunt ora leonum, exstinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmi-

tate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterum: accepterunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circumierunt in melosis, in pellibus caprinis, egentes, angustii, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, inventi sunt in Christo Iesu Domino nostro.

Léctio libri Apocalypsis B. Joannis Apóstoli. 7.
Respóndit unus de senioribus: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes. **H**i, qui amici sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? et dixi illi: Dómine mi, tu scis. **E**t dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et lavaverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in

throno, habitabit super illos. Non esuriunt, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus : quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad vitæ fontes aquarum : et abstergit Deus omnem lacrimam ab oculis eorum.

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 11.

In illo tempore : Respondens Jesus, dixit : Constitute tibi Pater, Domine celi et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater : quoniam sic fuit placitum ante te, Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voliderit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde : et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 11. f.

In illo tempore : Dicebat Jesus Scribis et Phariseis : Vae vobis,

qui edificatis monumenta Prophetarum : patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum : quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulcra. Propterea et sapientia Dei dixit : Mittam ad illos Prophetas, et Apostolos, et ex illis occident, et persequentur : ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui perit inter altare et ædem. Ita dico vobis, requiratur ab hac generatione.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 10. c.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Reversus sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes : Domine, etiam daemonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis : Videbam satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiones,

et super omnem virtutem inimici : et nihil vobis nocerit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur : gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 12.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem operatum est, quod non revelatur : neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur : et quod in aurem locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis

amicis meis : Ne terra mini ab his qui occidunt corpus, et post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis : timeo eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeo. Nonne quinque passeress veniunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere : multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis : Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

Commune Confessoris Pontificis.

Introitus. *Eccli. 45.*



Tatuit et Dominus

testamentum pacis : et principem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in æternū.

Ps. 137. Meménto Dñe David : et omnis mansuetudinis ejus. V. Gloria.

Oratio. Da quæsumus omnipotens Deus : ut beati N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollemnitas, et devotionem nobis angeat, et saltem. Per Dñum.

Lectio libri Sapientie.

Eccli. 44 et 45.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est iustus : et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excelsi. Ideo iurjurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput

ejus. Agnovit eum in benedictionibus suis : conservavit illi misericordiam suam : et invenit gratiam coram oculis Dñi. Magnificavit eum in conspectu regum : et dedit illi coronam gloriæ. Státuit illi testamentum ætérnum : et dedit illi sacerdotium magnum : et beatificavit illum in glória. Fungi sacerdotio, et habere laudem in nómine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

Graduale. Eccli. 44. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.— **Allel., allelúia. V. Ps. 109.** Tu es sacerdos in ætérnum secundum ordinem Melchisedech. **Allelúia.**

Post Septuages., ommissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur : **Tractus. Ps. 111.** Beatus vir, qui timet Dñum : in mandatis ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen ejus : generatio réctorum benedicetur. **V.** Glória et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dic. : **Allel., allel. V. Ps. 109.** Tu es sacerdos in ætérnum secundum ordinem

Melchisedech. **Allelúia. V.** Hic est sacerdos, quem coronavit Dóminus. **Allelúia.**

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc : Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álí autem duo, álí vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talénta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talénta acceperat, obtulit alia quinque talénta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus : Euge serve bone et fidelis : quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Accessit autem et qui duo talénta acceperat, et ait : Dómine, duo talénta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus ejus : Euge serve bone et fidelis : quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Offertorium. Ps. 88. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei, et brachiū meum confortabit eum.

Serreta. Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubi

que lætificent : ut dum eorum mérita recólimus, patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

Communio. Luc. 12. Fidelis servus, et prudens, quem constituit Dñus super familiam suam : ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio. Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut de perceptis munéribus grátias exhibentes, intercedente beato N. Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum nostrum.

De eodem Communi alia Missa.

Introitus. Ps. 131.

Sacerdotes tui Dñe induant justitiam ; et sancti tui exsultent : propter David servum tuum, non avértas faciem Christi tui. **Ps. 126.** Meménto Dómine David : et omnis mansuetudinis ejus. **V.** Glória Patri.

Oratio. Exáudi quæsumus Dñe preces nostras, quas in beati N. Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deférimus : et qui tibi digne mérit famulári, ejus intercedéntibus méritis ab ómnibus nos absolve peccatis. Per Dóminum.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Hebræos. 7. **E**rantes facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere : Jesus autem eo quod maneat in ætérnum, semipiternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum : semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decébat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cælis factus : qui non habet necessitatem quotidie, quemádmódi

sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, seipsū offerendo, Jesus Christus Dominus noster.

Graduale. Ps. 131. Sacerdotes ejus induam salutari: et sancti ejus exultatione exultabunt. **V.** Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo. Allelúia, allelúia. **V. Ps. 109.** Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacerdos in ætérnum, secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V.* sequenti, dicitur Tractus *Beatus vir.* [22].

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allel., allel. **V. Ps. 109.** Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacerdos in ætérnum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia. **V. Eccli. 45.** Amávit eum Dñus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allelúia.

Seq. **sancti Evangelii** secundum Matthæum. 24.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quā hora Dóminus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias

quā hora fur venturus esset, vigilaret itique, et non sineret perfordi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia quā nescitis hora Filius hominis venturus est. Quis, putas, est fidelis servus, et prudens, quem constituit dñus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem cum venerit dñus super eum, invenit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Offertorium. Ps. 38. Véritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nōmine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta. Sancti N. Confessoris tui atque Pontificis quæsumus Dōmine annua solēmnitas pietatē tuæ nos reddat accēptos: ut per hæc piæ placatōnis officia, et illum beata retributio committet, et nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dóminus.

Communio. Matth. 24. Beatus servus, quē cum venerit dñus, invenit vigilantē: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio. Deus fidelium remunerator animarum: præsta; ut

beati N. Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dóminus.

Item aliæ Epistolæ et Evangelia pro Conf. Pontif.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Hebræos. 5.

Fratres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis: qui condolare possit iis, qui ignorant, et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate: et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. **Lect. Epistolæ B. Pauli** Apóstoli ad Hebræos. 13.

Fratres: Memento te præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversatōnis, imitamini fidem. Jesus Christus heri, et hodie: ipse et in sæcula. Doctrinis variis, et peregrinis nolite abducī. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulātibz in

eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sanctia per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum consentium nominis ejus. Beneficentiæ autem, et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite præpositis vestris, et subjacete eis. Ipsi enim peragunt, quasi rationem pro animabus vestris reddunt.

Seq. **sancti Evangelii** secundum Lucam. 11. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernā accendit, et in abscondito ponit, neque sub mōdo, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim-

plex, totum corpus tuum lúcidú erit : si autem nequam fúerit, etiá corpus tuum tenebrósú erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lúcidum fúerit, non habens áliquam partem tenebrarum, erit lúcidum totum, et sicut lucerna fulgórís illuminábit te. *Seq. sancti Evangelii secundum Marcum. 13.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis: Videte, vigilate, et orá-

te : nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo, qui pégre profectus reliquit domum suam, et dedit servis suis potestatem cuiusque óperis, et janitorí præcepit ut vigilet. Vigiláte ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat : sero, an média nocte, an galli cantu, an mane) ne, cum venerit repente, invéniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico : Vigiláte.

Commune Doctorum.

Troitus.

Eccli. 15.



In médio Ecclésiæ aperuit os ejus : et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus : stolá glóriæ induit eum. *Ps. 91.* Bonum est confiteri Dño : et psállere nómini tuo Altissime. *V. Glória Patri.* — In médio Ecclésiæ. **O**ratio. Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum N. ministrum tribuisti : præsta quæsumus : ut quem Doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habere mereámur in cælis. Per Dóminum.

Lectio *Epistolæ* beati Pauli Apóstoli ad Timótheum. *II. Tim. 4.*

Carissime : Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui iudicaturus est vivos, et mórtuos, per adventum ipsius, et regnum ejus : prædica verbum, insta oportúne, impórtune : árque, óbsecra, increpa in omni patientia, et dóctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magistros pruriéntes áuriibus : et a veritate quidem auditum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vigila, in ómnibus labóra, opus fac evangelistæ, ministrum tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam

delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósite est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus iudex : non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus.

Graduale. Ps. 36. Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur iudiciúm. *V. Lex Dei ejus in corde ipsius : et non supplantábuntur gressus ejus.* — Allelúia, allelúia. *V. Eccli. 45.* Amávit eum Dóminus, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum. Allel.

Post Septuages., omissis *Allelúia*, et *V. seq.*, dicitur *Tractus Beatus viri*, p. [29].

Temp. Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dic. :

Allel. allel. *V. Eccli. 45.* Amávit eum Dóminus, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum. Allelúia. *V. Os. 14.* Justus germinábit sicut lílium : et florébit in ætérnum ante Dñm. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Mattheum. 5.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo saliétur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur

foras, et conculetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pòsita. Neque accéndunt lucernam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut luceat ómnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus : ut videant ópera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putáre quóniam veni solvere legem, aut prophétas : non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, ióta unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo solvérit unum de mandátis istis minimis, qui et docerit sic hómines, minimus vocabitur in regno cælorum : qui autem fécerit et docerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. **O**ffertorium. *Ps. 91.* Justus ut palma florébit : sicut edrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur. **S**ecrétá. Sancti tui N. nobis Dñe pia non desit oratio : quæ et múnera nostra conciliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtineat. Per Dóminum nostrum.

Communio. *Luc. 12.* Fidélis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio. Ut nobis Dñe tua sacrificia dent salutem: beatus N. Confessor tuus et Doctor egregius, precator accedat. Per Dominum.

Alia Epist. pro Doctoribus.
Lectio libri Sapientiae.
Eclli. 39.

Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dñum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim

Dñus magnus voluerit, spiritu intelligentiae replebit illum: et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, et in oratione confitebitur Dño: et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in saeculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiratur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

Commune Confess. non Pontif.

Introitus. *Ps. 36.*

S justus meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. *Ps. ibid.* Noli aemulari im malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *V. Gloria Patri.*

Oratio. Deus, qui nos beati N. Confessoris tui annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae.
Eclli. 31.

Beatus vir, qui inventus est sine macula: et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et elemosynas

illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

Graduale. *Ps. 91.* Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. *V.* Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et in oratione confitebitur Dño: et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in saeculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiratur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

Post Septuages., omissis Alleluia, et *V. seq.*, dicitur:

TRACTUS. *Ps. 111.* Beatus vir, qui timet Dñum: in mandatis ejus cupit nimis. *V.* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. *V.* Gloria et divitiae in domo ejus: et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Tempore Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alle., alle. *V. Jac. 1.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluia. *V. Eclli. 45.* Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum. Alle. *Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 12. e.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, et lucerna ardentes

in manibus vestris: et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod praecinet se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret tutique, et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia, qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium. *Ps. 88.* Veritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta. Laudis tibi Domine hostias immolamus, in tuorum sanctorum, quibus nos et praesentium exui malis confisumus, et futuris. Per Dominum.

Communio. *Matth. 24.* Beatus servus, quem cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super